et subtili dicta Et hec sufficiant de cura calculorum
Explicit cura calculorum utilis

Item arnoldus de noua villa dicit Cortex
fraxini Ita quod decoctus et bibitus fraxinus
a splenetica passione liberat Et fraxinus
defendit a culicibus et potibus venenosis valet
cum aqua contra epilenciam Et portantes fraxinum super se sunt
tuti a fulgure et a morsu serpentum Et si ex ligno
in quo sunt fraxinus aut si fecit dum in vase fraxi-
ni fit circulus serpens inde non exibit nisi mortuus
Et fraxinus tussim et flatum consumit et arenam depellit
lapidem in vesica frangit Unde fraxinus dicitur quasi frangens
saxa Collirium Contra omnia vicia oculorum Recipe succum
apii feniculi rute verbene betonice agrimonie buglosse
urtice eufrasie pimpinelle salvie celidonie ana ℥ ii
piperis longi vi omnia hec ponantur in mortario et
incorporentur cum ℥ iii mellis aliquantulum parum et post
serventur in viola vitrea et si spissum devenerit
adde de urina pueri virginis ℥ iii et mane
et sero pone in oculo guttas duas Secundum a(rnoldum) de v(illa) et clem(entem)
Recipe semen feniculi sileris montani eufrasie camedreos
radicis celidonie ana i semen apii amisi petrosilini
ana ℥ iii pulegii ysopi florum borraginis cinamomi
cimini sisimbrii ana ℥ iii pulverizentur omnia subtilia
fiat bene et confice cum melle cocto bene despumato utere
de sero ad quantitatem castanee et videbis operacionem mira-
bilem Contra ruborem oculorum
Recipe thutie preparate ℥ i camphore ℥ ß musci

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1205/0066
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG